


MISCELLANEE

BVLLA
S. D. N. SIXTI
PAPAE QVINTI.

Super erectione Montis Pacis nuncupati non vacabilis.






ROMAE.


Apud Hæredes Antonij Bladij Impressores Camerales.

M D LXXXV.



BVLLA
S. D. N. SIXTI
PAPAE QVINTI.

Super erectione Montis Pacis nuncupati non vacabilis.



ROMAE.

Apud Haeredes Antonij Bladij Impressores Camerales.

M D LXXXV.

SIXTVS EPISCOPVS

Seruus seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.


VLTA & grauia quæ in rempublicam Christianam ante hac excreuerunt incommoda nos cum primũ ad summi Apostolatus apicẽ diuina clementia assũpti sumus credi toq; nobis fideli populo inuigilare cæpimus, vsquequaq; circunsteterunt, & nunc magis magisq, solicitant, atq; animũ nostrum ob imminentia pericula anxium dies noctesq; vehementer perturbant: Nec solum prouinciarum & regnorum longo à nobis interuallo disiunctorũ plagas, partim ab execrabili & pestifera hęresi, partim à seditiosis armis inflictas audimus; sed & in Romanæ Ecclesię temporalisq; eius ditionis sinu inexpletam sceleratorũ hominum ac sicariorum rabiem immanemq; in bonos & pacis cultores violentiam, cædibus, latrocinijs, stupris, atq; incendijs sæuientẽ nostris penè oculis cõspicimus, quæq; propiora sunt mentẽ nostrã grauius excruciant, atq; eam à maioribus curis ad quas saluti commissi gregis intendens pietatis zelo assidue fertur, sæpe distrahunt. Cumq; eo confirmata processerit audacia, vt non sine maximo totius status temporalis ecclesiastici detrimẽto iam negligi possit, subit, item & alia cura, quòd ab ærario propter ingentes sumptus pene exhausto aut ab ordinarijs nostris redditibus ad ditionẽ nostrã tutandam, prouinciasq; scelestis, & impuris hominibus purgandas, aliasq; necessitates subleuandas; & vt ad futura quoq; ac repentina pericula propulsanda parati simus, auxilia nobis minime suppeditantur; Ipsiq, qui subditis nostris quantũ possumus in Domino parcere, & à nouis oneribus eis, qui filij nostri spirituales sũt imponẽdis, ꝓ in huiusmodi angũstijs pleriq; alij Romani Põtifices fecerũt, refugimus, difficiliorem nobis administrationis & seruitutis rationem efficimus. Talibus igitur curis circunuenti, diu multumq; nobiscũ meditantes, qua ratione ex huiusmodi difficultatibus sine cuiusquã incommodo euadere possemus: tandem decreuimus aliquã vectigalium nostrorum partem in vnum vno tempore congerere, vt præsentes calamitates, diuina nobis gratia assistente, aliquo pacto deuitari possint, ac simul nostrorũ subditorum saluti & tranquillitati promptius consulatur. Habita itaq; cũ fratribus nostris in con

fiſtorio noſtro ſecreto deliberatione matura, ac de illorum conſilio & aſſenſu, deq; traditæ nobis apoſtolicæ poteſtatis plenitudine vnum Montem Pacis nuncupandum trecentorum millium ſcutorum monetæ decem iulijs pro ſcuto computatis, ſuper fructibus & iuribus Dohanarũ Vrbis ad rationẽ huius ſummæ, ac cuius portiones & loca non vacent, & quarum quæq; non minor centum ſcutis ſimilibus ſit, & aliás prout Mõtis Fidei Alumeriarum & Religionis ceteraq; eiuſdem vrbis Montium non vacabilium portiones & loca, quam inter ſtabilia reputatur perpetuo erigimus & inſtituimus illiq;, ſic erecto & inſtituto pro illius dote, ac eorum qui noſtram, & Romani Pontificis fidem ſequuti pecunias in dicto Monte contulerint, annua reſponſione & honeſto fructu cuiuſcunq; illi ſint qualitatis & cõditionis etiam ſi laica vtriuſq; ſexus ac presbyteri & alij clerici, Eccleſiarum Prælati, etiam ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ac ceteri cuiuſcunq; dignitatis, ſtatus, & conditionis ſeculares & quorumcunq; ordinum etiam in communi mendicantium ac militiarum vel hoſpitalium regulares, & aliæ quæcunq; perſonę cuiuſuis ætatis etiam illegittimi, incapaces, & inhabiles, necnon eccleſiæ capitula, congregationes, conuentus, ſocietates, hoſpitalia, capellæ, & loca religioſa & profana, ſummã quindecim millium & ſeptingentorum quinquaginta ſcutorum ſimilium ex quadragintaquinque millibus ſcutis, qui ex redditibus & iuribus dictarũ Dohanarũ, qui nulli hucuſq; obligati ſunt, qua ſpe nuper cõduxit initio locationis huiuſmodi in proximis Kalẽdis Septembris præſcripto, Dilectus filius Tiberius Ceulus mercator Romanam Curiam ſequ ens, ita quod ijdem oẽs qui pecuniã in dicto Monte collocauerint, pro rata centũ ſcutorũ ſingulis annis ſummã quinque ſcutorũ, cũ quarta parte alterius ſimilis ſcuti annis ſingulis, ac vnoquoq; bimeſtri ratã eiuſdem portionis partem, abſq; vlla prorſus diminutione percipiant, Etiã perpetuo applicamus, & appropriamus, eandemq; ſummã quindecim millium & ſeptingentorũ quinquaginta ſcutorũ titulo vẽditionis & alienationis eidẽ Monti, illiusq; Collegio, vti ſingulis & vniuerſis perpetuò aſsignamus, ac ĩ illos omne ius & poteſtatẽ, atq; authoritatem qua nos ipſi & Camera Apoſtolica eſt transferimus, ipſosq; in noſtrũ & Cameræ pdictę locum, ius, & actionẽ, quo ad dictam ſummã illiusq; exactionẽ & perceptionẽ ponimus & ſubrogamus, prædictáq; ſummam vt præfertur aſsignatam

tam

tā ab oneribus tributis, collationibus, ex quacūq; vrgenti & publicā ac etiā fidei causā impositis, ac oībus & quibuscūq; grauaminibus ordinarijs & extraordinarijs, præsentibus & futuris eximimus & liberamus. Dictāq; summā quinque scutorū cū vno quarto per quēcūq; liberè & licitè exigi, ac in sorte minime cōputari posse intendimus; Necnon contrahentiū nobiscū & Cameræ prædicta securitati consulere volentes, quod idē Tiberius, durante tēpore conductionis Dohanarū prędictarū, & eius in dicta conductione qui pro tēpore fuerint successores, se ipsos illorūq; hæredes & bona prædicta summa quindecim milliū & septingentorū quinquaginta scutorū, singulis eiusdē Mōtis descriptis creditoribus, & eorū nomine infra designato Depositario annuatim integre, & singulis duobus mensibus ꝑ rata absq; vlla prorsus retentione, siue diminutione ꝑsoluenda in forma dictæ Cameræ, ac alijs arctis obligationū vinculis se obligare teneantur statuimus; illisq; id expresse iniungimus. Necnon eā summam, quę ex dictis quadragintaquinque millibus nulli adhuc obligatis præter quantitatē quindecim milliū septingentorū & quinquaginta huic Monti assignatā nemini adhuc vt præfertur, constitutam neq; distractam specialiter præ cæteris, nec non oīa & singula eiusdē Camerę mobilia, & immobilia, & se mouentia bona, iuraq;, res, & actiones, præsentia & futura vbiq; locorū & gentiū existentia, prædicto Monti, illiusq; personis pro præmissorum omnium obseruatione in solidū ac generaliter obligamus, atq; hypothecamus. Ac ad conseruandum eosdem indemnes semper teneri, ac eiusdē Cameræ ministros atq; agētes, ad eximendū in prædictis personas prędictas ab omni molestia obligatos esse volumus. Et insuper concedimus, vt quicunq; prædictorum, siue ex prędictis, siue alijs & quibuscunque fructibus ac pecunijs confecta loca dicti Montis habuerint, atq; acquisiuerint, illa tanquam bona patrimonialia & profana obtineant, & in eis eorumq; fructibus & emolumentis ipsorum filij & hæredes vtriusq; sexus quicunq; fuerint, etiam illegitimi, & aliàs quomodocunque inhabiles, tam ex testamēto, quàm ab intestato succedere, seq; eis simul vel successiue, ac quotiescunq;, siue donationis inter viuos, vel causa mortis, siue legatis, cessionis, venditionis, siue alio quocunq; titulo, iure, & modo, ac etiam simplici scriptura, manu sua scripta vel subscripta, nullisq; adhibitis testibus, etiam in fauorem suorum vel aliorum illegi

timorum prohibitorum & incapacium, etiam si illa in plures illegitimos, incapaces & prohibitos, ordine successiuo transierint, ac aliàs vti cuique libuerit disponere. Quin etiam loca prædicta quocunque modo obtinentes, si illa in alios cedere aut transferre ac etiam qui loca huiusmodi alijs acquirere voluerint talis in huiusmodi cessionibus, translationibus, vel acquisitionibus sibi ipsis vel alijs etiam quoad dixerint omnimodam dictorum locorum sic cessorum vel acquisitorum administrationem, eorumq; fructus & emolumentorum perceptionem, necnõ plenam, liberam & absolutam potestatem illa quandocunq; voluerint, nulla etiam subsistente causa ad se recipiendi, & reuocandi, seu alij vel alijs vendendi, alienandi, donandi, relinquendi, obligandi, & pignorãdi, super eis paciscẽdi, & contrahẽdi, & prorsus omnem aliam ipsorum dispositionem, ius & facultatem, nullo obtinentium consensu desuper requisito, aut alia solennitate seruata, ac etiam cum prohibitione huiusmodi administrationis fructuum perceptionis, cessionis, venditionis, obligationis, fideiussionis, aut alterius cuiuscunque dispositionis, per ipsos obtinentes faciendæ, necnon decreto irritanti adiecto, his quæ secus facta fuerint, ab eisdem reseruare & obtinere libere & licite valeant, nulla alia licentia à nobis, vel Romano Pontifice pro tempore existẽte impertita, seu confirmatione aliaue solennitate desuper requisita; ita tamen quòd illegitimi in eis locis nullo modo succedant, quæ de fructibus seu pensionibus alijsue rebus ecclesiasticis fuerint comparata. Cęterum expresse prohibemus nulla omnino loca prædicta, nullive eorum fructus & emolumenta, etiam causa rebellionis, proditionis, assassinij, sacrilegij, læsę Maiestatis, aut aliorum criminum quantumcunque grauium & enormiũ per loca ipsa obtinentes, non tamen in personam Romani Pontificis, aut sanctæ Romanæ Ecclesię Cardinalis commissorum, etiã confessatorum & probatorum publicari, nec aliàs fisco applicari, aut publicata vel fisco applicata declarari, seu deliberari, nec sub aliquibus siue generalibus siue specialibus omnium bonorum, rerum, & iurium confiscationibus, proscriptionibus, aut alijs adiudicationibus propterea factis, & decretis, seu alijs etiam ipso iure, vel ipso facto inductis deuolutionibus, etiam si sententia capitalis & mors secuta esset comprehendatur, sed semper ab illis excepta sint, & esse censeantur; eisq; non obstantibus delinquentium filij & hæredes,

in huiusmodi

in huiusmodi locis & fructibus vt prefertur succedere,& illa ad eos deuenire omnino debeāt; seu ipsimet delinquentes de iisdem omnino disponere possint, ac si delicta huiusmodi nequaquam commisissent. Necnon statuimus dictum Montem, & illius singulares personas,omnibus & singulis priuilegijs, exemptionibus,gratijs, facultatibus,fauoribus,& indultis,quibus Fidei,Alumeriarum, & Religionis Montes in Vrbe pridem instituti, quibuscunq; illa sint cōcepta formulis,aut cōfirmationibus, & innouationibus vallata, ac quæ si de verbo ad verbum insererentur his litteris habere volumus pro expressis. Quibus eorundem Montium descripti creditores vtuntur,potiuntur,& gaudent, ac quomodocunq; in futurum vtentur,& gaudebūt,etiam si notam magis specialem requirerent; quàm presentibus sit expressa,vti,potiri, & gaudere posse: Ac Mōtem prædictum, illiusq; loca & portiones, respectu summæ illi assignatæ nullis omnino reductionibus,diminutionibus,aut alijs contrarijs dispositionibus, etiā prętextu enormissimæ læsionis,vrgentis necessitatis,seu etiā euidentis vtilitatis, aut alia quacūq; causa siue in genere siue in specie faciendis obnoxia esse;sed firma ꝑpetuo & inuiolata persistere, nec quēquā ex ipsius Mōtis descriptis creditoribus,aut ab eis causam & ius habētibus integris fructibus & emolumentis prędictis, quocunq; modo turbari, vel impediri, neque eosdem Montis creditores ad probandum, vel docendum in iudicio vel extra pecunias in ipso Mōte erogatas aut illarū partē in dictę sedis vel Camerę prędictę necessitatē vel vtilitatē cōuersa fuerit nullo vnquā tēpore teneri. Atq; has nostras litteras vim validi & efficacis cōtrāctus inter nos successoresq; nrōs & eos qui creditores dicti Montis descripti fuerint,illorūq; hęredes aut successores, iusq; & causam ab illis habuerint, solenniter initi & stipulati obtinere; eūdemq; ab oībus obseruari debere, neq; ab illo sub quocūq; quæsito colore vel ingenio resiliri posse, aut in ius vel controuersiā deduci. Necnō quibuscūq; oppositionibus non obstantibus, dictum Tiberium, ac quoscūq; in dicta conductione Dohanarū successores,ad pręstandum summā prædictam vt præfertur Monti assignatā statutis tēporibus liberè & expeditè teneri & obligatū esse,& ad id iuris & facti remedijs opportunis cogi & cōpelli posse; facultate tñ redimendi dictum Montē pro eodem pretio, vobis & successoribus vestris reseruata, sicq; in oībus & singulis prædictis per quoscūq;

cuúq; Iudices ordinarios delegatos, etiam S.R.E. Cardinales in quauis causa & instantia, sublata eis & eorum cuicūq; quauis aliter iudicandi, & interpretādi facultate, iudicari & definiri debere: Necnō irritum & inane quicquid secus super his à quoquam, quauis auctoritate scienter vel ignoranter cōtigerit attemptari decernimus. Demū vt illa quæ in prædicto Monte præcipuè gerenda & exercenda erunt, ꝑprobos & peritos viros omni fide, studio & diligentia exerceantur, idemq; Mons felices habeat successus: Dilectum filiū Magistrum Benedictum Iustinianum Notariū ac Thesaurarium nrm generalem, eiusq; in dicto offitio pro tempore existentem successorem dicti Montis Protectorē, ac administratorem, cum libera & absoluta potestate ea oīa peragendi, quæ ad dicti Montis vtilitatē pertinere cognouerit, ac dilectum filiū Iosephum quōdam Benedicti Iustiniani Depositariū dicti Montis quoad vixerit; Necnon Ludouicum natum Vincentij Rentij nostri & Cameræ Apostolicæ Ratiocinatoris & Cōputistæ in Secretarium eiusdem Mōtis, necnon Fantinum alterum eiusdē Vincentij filium in Computorem, quoad quilibet ipsorū etiam vixerint, in recognitionē immensorū laborum, quos Vincentius illorū genitor superioribus tēporibus in Camera Apostolica maximo cum eiusdem Cameræ cōmodo ac vtilitate sustinuit, & in dies perferre cogitur, ac in illorū verā & actualem remunerationem & cōpensationem etiam ex causa quæ verè onerosa est, cum emolumento trium Iuliorum pro quolibet loco, tam Secretario, q̄ Computori æqualiter inter ipsos diuidendos. Verum donec Vincentius pater vixerit per eundem Vincentium exigeñ. constituimus & deputamus. In quibus muneribus & curis illis demandatis ita se gerant quemadmodum in Monte Prouinciæ cōsueuit, & in eo obseruatur. Non obstantibus præmissis, necnon felicis recordationis Symmachi, Alexādri VI. Pauli II. Pauli III. Pauli IIII. & Pij V. de rebus Ecclesiæ nō alienādis, aut alienatis recuperādis, ac etiā contra illegittimos aliorūq; Romanorū Pontificū prædecessorum nostrorū constōnibus & ordinationibus apostolicis, & in concilijs gñalibus editis, ꝑdicta fieri spāliter & expresse prohibentibus, & facta irrita esse decernentibus, dictæq; Cameræ apostolicæ iuramento, confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, cōsuetudinibus, stabilimētis, vsibus, & naturis, priuilegijs quoq; indultis, & litteris apostolicis, eidē Cameræ illiusq; Agen

tibus

tibus & p̄sonis sub quibuscũq; tenoribus & formis, ac cũ quibusuis derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus & insolitis clausulis irritantibusque & alijs decretis etiam motu proprio & ex certa scientia, deque consilio, assensu, & potestatis plenitudine similibus, ac pro conseruatione status, dignitatis, & existimationis S. R. E. concessis, confirmatis, & iteratis vicibus, & innouatis, extensis, & moderatis. Quibus omnibus etiam si de illis, eorumq; tenoribus specialis, specifica, atq; integra, & indiuidua metio habenda esset, illorũ tenores ac si de verbis ad verbum insererentur, præsentibus pro sufficiẽter expressis ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter & expresse derogamus, illaq; quatenus præmissis obstent, tollimus, abrogamus, ac ẽt abolemus. Vt aũt præsentium litterarum exempla ad manus eorum qui eas inspicere aut illis vti voluerint de facili peruenire valeant, volumus illarũ exemplis manu secretarij dicti Montis, aut alterius notarij publici subscriptis, ac sigillo personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ obsignatis, eadem prorsus fides ĩ iudicijs vel extra adhibeatur, quę his nostris litteris haberetur, si ostenderentur vel producerentur. Nulli ergo omnino hominũ liceat hanc paginam nostræ erectionis, institutionis, applicationis, appropriationis, assignationis, translationis, positionis, subrogationis, exemptionis, liberationis, inuinctionis, obligationis, hypothecæ, concessionis, p̄hibõnis, statutorũ, decreti, constitutionis, deputationis, derogationis, sublationis, abrogationis, abolitionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario cõtraire. Si quis autẽ hoc attẽptare p̄sumpserit, indignationẽ oĩpotentis Dei ac Beatorũ Petri & Pauli Apostolorũ eius se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud S. Marcum anno incarnationis Dñicæ millesimo quingentesimo octuagesimo quinto quarto Kal. Augusti, Pont. nostri anno Primo.

Ego Sixtus

✠ Ego Sixtus Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.



†
†
† Ego Io. Antonius Episcopus Tusculanus Card. Sancti Georgii.
†
†
†

† Ego M. S. Card. ab Altaemps.
† Ego Inn. Aualus Card. de Arag.
†
†
† Ego P. Card. Sanctæ Crucius.
† Ego Gulielmus Sirlettus Card.
†
† Ego F. Michael Bonellus Card. Alex.
† Ego Ludouicus Card. Madrutius.
† Ego Nicolaus Card. Senonensis Sanctæ Praxedis.
† Iul. Ant. Card. S. Seuerinæ.
† Ego P. Card. Cęsius.
† Ego Hier. Card. Rustic:
† Ego Io. Hier. Card. Albanus.
† Ego Phil. Boncomp. Card. S. Sixti M. P.
†

†
† *P. Card. Deza.*
† *Ant. Card. Carapha.*
† *Io. Ant. Card. SS. Quatuor.*
† *Io. Bap. Card. S. Marcelli.*
† *Ego Aug. Card. de Verona.*
† *Ego Vin. Card Montis Regalis.*
† *Ego M.tt. S. Stephani in Monte Cęlio. Presbyt. Card.*
† *Scipio Card. Lancellotus.*

†
† *Ferd. Card. de Medicis*
† *Phil. Vast. Card. Cam.*
† *Ego Vincentius Card. Gonzaga*
† *Ego Franciscus Card. Sfortia S. Nicolai.*
†
† *Alexander Card. de Montealto.*

Anno à Natiuitate Domini nostri Iesu Christi, Millesimo quingētesimo octuagesimo quinto Indictione decima tertia, die vero tertia Mensis Augusti, Pontificatus autem Sanctiss. in Christo Patris & D. N. D. Sixti diuina prouidentia Papæ V. anno primo. Retroscriptæ litteræ affixæ, & publicatæ fuerunt in acie Campi Florę per nos Calistum Brunettum & Dominicum Gugnettum eiusdem Sanctiss. D. N. Papæ Curs.

Pompeius Guerra Mag. Curs.